Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Socoth. Dixerunt quoque eis. Cum ceperis
filios uictoriam pacis destruam turrem
hanc. Zebee autem et salmana requiescebant
cum omni exercitu suo. Xv. ciuitatibus
mille uiri remanserant ex omnibus
populis orientalium qui occisi sunt. c.
xx. milibus bellatorum. et eleuatis gladiis
ascendensque gedeon per uiam eorum
qui habitabant ad orientalem plagam noble. et percussit castra hostium. qui securi erant.
et nichil aduersi suspicabantur. Fugerunt
que Zebee et salmana. quos persequens
gedeon apprehendit. turbato omni exercitu eorum. Reuersusque de bello ante solis
ortum. apprehendit puerum de uiris socoth.
Interrogauitque eum nomina principum et senioris socoth. et descripsit ei.
lxxvii. uiros. Dicentque ad socoth. et dixerunt eis. En Zebee et salmana super quibus exprobrastis mihi dicentes. Forsitan manus Zebee et salmana in manibus tuis sunt. et idcirco postulas. ut demus uiris tuis qui lassi sunt et deficerunt
panes. Tulit ergo seniores ciuitatis.
et spinas deserti et tribulos. et contriuit
eos. atque comminuit uiros so
coth. Turrem quoque phanuel subiuit. occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque ad Zebee et salmana. Quales
fuerunt uiri quos occidistis in thabor.
Qui responderunt. Similes tui. et unus
ex eis quasi filius regis. Quibus ille
ait. Fratres mei fuerunt. filii matris mee.
Viuit dominus si seruassetis eos. non
uos occidem. Dixit rursum primogenito suo. Surge et interfice eos. Qui
non educe gladium timebat ei. quia
adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee et salmana. Tu surge et irruere
in nos. quia iuxta etatem robur est
hominis. Surrexit gedeon. et interfecit Zebee et salmana. et tulit orna
menta. ac bullas quibus colla regum camelorum decorari solent. Dixit
que eis uiri israel. ad gedeon. Do
minare nobis tu et filius tuus et filius
filii tui. quia liberasti nos de manu ma
dyan. Quibus ille ait. Non dominabor
uobis. nec dominabitur uobis filius
meus. sed dominabitur uobis dominus.
Dixitque ad eos. Vnam petitionem
postulo a uobis. Date mihi iaures
expolia uestra. Iaures enim aureas ismaelite habere consueuerant. Qui rendunt. Libentissime dabimus. Expandentesque suum pallium. proiecerunt
in eo iaures de spolia. et fuit pondus
postulatorum aureorum mille septi
genti auri sine aliis ornamentis
et monilibus. et ueste purpurea. quibus
madyan reges uti solebant. et pe
torales aureas camelorum. sentes ex
eo gedeon ephod. et posuit illud in ciui
tate sua ephra. Fornicatusque est omnis
israel in eo. et factum est gedeon. et omnis do
mus eius in ruinam. Humiliatus
est autem madyan coram filiis israel. et non
ponunt ultra eleuare cornua. Fuerunt
que sub gedeon. xl. annos. quibus fuit ge
deon. Abiit itaque gerobaal. filius ioas.
et habitauit in domo sua. habuitque. lxx. fi
lios. qui egressi sunt de femore eius. eo
quod plures haberet uxores. Concubina autem
illius quam habebat in sychem. genuit
ei filium. nomine abymelech. Qui
tunsque est gedeon. filius ioas. in senec
tute bona. et sepultus est in sepulchro
ioas patris sui in ephra de familia ezri. Postquam autem mortuus est gedeon.
auersi sunt filii israel. et fornicati sunt
cum baalim. Pactisque cum baal
federe. ut esset eis in deum. nec recordati
sunt dei sui. qui eruit eos de ma
nu omnium inimicorum suorum per
circuitum. nec fecerunt misericordiam cum do
mo gerobaal. gedeon. iuxta omnia
bona que fecerat israeli.